Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

49) Annales Fuldenses ad an. 893. De Ernesto II Boica orientalis Marchione Ernesti I filio vide supra Add. 39 et 48.
~~Leop~~ Eundem fuisse Leopoldi Bojorum Ducis seu Guberna-
toris patrem, contendit Falkensteinius Hist. Bav. p. II, §. 198 et seq.
Movetur I. eo quod Ludovicus ~~III~~ IV Rex suum eum pro-
pinquum appellat in diplomatis; II quod Ernestus et
Leopoldus idem officium Marchionatus Austriaci gesserint,
III, quod utrique amplissimas in Boica possessiones habuerit;
IV, quod sic commodissime combinari possit descensus poste-
rorum Ducum Bavariæ ab Agilolfingis. ~~Propia~~ Cate-
rum probe distinguendus est hic Leopoldus a Leopoldo Il-
lustri Austriæ Marchione; de quo vid. Hier. Pezius Hist.
fed. V prefixa scriptoribus rerum Austr. Leopoldo nostro Bojo
uxorem fuisse Cunegundam, Chron. S. Galli testatur ad an. 913.
an. 913. ~~Idem Leopoldus an. 901 interfuit ac~~ Ad ~~eo~~ ejusdem Leopoldi preces Ludovicus IV quan-
dam curtem inter convallia Comi-
tatu Radpoti (vixit eo tempore
Rapoto Comes Tauri et Andecii)
consistentem, quæ dicitur Prich-
sna ad Ecclesiam Seponensem
SS. Stephani et Cassiani in pro-
prium donavit X Decembris
anno DCCCCI. Diploma rei-
tat Koehmannus Disquis. Hist.
Tartarott.

/ Comite Babenbergico et

Ad an. 904 Chron. Lauracense: ~~Con~~ Ungari Bavariam
vastarunt: quia specialem Principem eadem provincia non
habebat, sed subfuit Regibus Franciæ (nempe Orientalis,
id est, Germaniæ). Unde coactus Ludovicus Rex constitu-
it Ducem Burchardum. Hinc crediderim Leopoldum
~~non universa Bavaria, sed orientali tantum, occidentali~~
~~vero Burcardum fuisse~~ prefectum. exinde non universæ
Bavariæ, sed parti tantum, Alpestri fortassis, ~~fuisse~~
~~prof~~ et orientali fuisse prefectum.

50) Ludovicus IV Rex Zachariæ sanctæ Seponensis Ecclesiæ ve-
nerabili Præsuli — quandam curtem inter convallia Comi-
tatu Ratpoti (vixit eo tempore Rapoto Comes Tauri et An-
decii) consistentem, quæ dicitur Prichsna — supplicante
videlicet Luitpoldo Comite, nepote suo, ad præscriptam Eccle-
siam in proprium donavit — imo ob Beatorum Stephani
Protomartyris, et Cassiani, subquorum honore eadem di-
cata micat Ecclesia, ita fieri decrevit. Data X Septem-
bris anno Dominicæ Incarnationis DCCCCI. Indictione IV.
anno vero Regni Ludovici pii Regis II. Actum Civitate
Radazpona feliciter in Dei nomine Amen. Integrum
Diploma notis illustrat Reschius Ann. Sabion. sec. IX §. 104.
ubi advertit, Luitpoldum comiturics alias a Ludovico
Infante appellari propinquum suum. ~~Comitatus~~
~~Ratp~~ Hunc anno sequente 902 Ducatum Bojariæ ac-
cepisse, Arenpeckius in Chron. Boj. l. 3, indicat: Leopoldus
Hungari commisso cum Bojaris prælio, quinto Ducatus
sui anno occidunt nempe anno 907. Convallibus no-

/ saltem orientalis